

1940 [iu]ssu imp. Caesari[s] | Augusti | gerulis¹ ped. III S̄.

Romae, nunc Neapoli (VI 9438). In parte aversa eiusdem lapidis extat titulus quem Cn. Pompeius, Pompeiae, Cn. Magni f., lib., Isochrysus collibertae posuit. — 1) Significatur decuria gerulorum (supra N. 366. 504. 1909, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1082, cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 366 not. 4). Huic decuriae ubi locum pedum trium cum dodrante (3³/₄) imperator Augustus adsignaverit, ignoratur, cum de loco ubi reperta sit inscriptio non satis constet.

1941 L. Lucei | Narcissi | perpetuarius | decuriatus Rom.

Bomarzi in Etruria rep., tabella aenea (XI 3044 descr. Zangemeister).

1942 C. Iulius Aug. I. Sam[ius] | proc., | accensus divi Claudii et | Neronis Augusti | patronorum.

Tibure (XIV 3644 vidi ipse).

1943 Eutacto | Aug. lib. próc., | accenso delat.¹ | a divo Vespasiano, | patri optimo, | Clemens filius.

Romae (VI 1962 vidit Henzen). — 1) Cf. Mommsen Staatsr. I² p. 321 not. 5.

1944 Sécuritáti | cognationis suae | Fortunatus Aug. I., | verna paternus, | ab epistulis, | accensus patron. | divo Aug. Vespasiano, | lictor cúriat., | viát. honór. dec. cos. et pr., | et sibi et | Epaphrodito Aug. I. | ab epistulis, fratri suo.

Romae, nunc Florentiae (VI 1887 vidit Henzen).

1945 M. Caelius M. I. Phileros accens. | T. Sexti imp. in Africa¹, Carthag. aed., praef. | i. d. vectig. quinq. locand. in castell. LXXXIII, | aedem Tell. s. p. fec.²; Ilvir Clupiae³ bis; Formis | August.⁴, aedem Nept. lapid. varis s. p. órnáv.⁵ | Fresidiae N. I. Florae uxori, viro opseq.⁶ | Q. Octavio Q. I. Antimacho karo amico.

Prope Formias (X 6104 vidit Mommsen). — 1) Res a. T. Sextio post necem Caesaris dictatoris in Africa contra Cornificium et contra duces Caesaris Octavianii gestas enarrant Dio 48, 21—25 (sub a. 714), Appianus 4, 52—56. 5, 26. Imperatorem eum appellatum esse alibi non traditur. — 2) Carthagine aedilis, praefectus iure dicundo vectigalibus quinquennialibus locandis in castellis octoginta tribus, aedem Telluris sua pecunia fecit. — 3) Clupea oppidum Africae, quo coloniam videtur deduxisse Caesar dictator (cf. C. VIII p. 28). Apparet Philerotem, postquam cum T. Sextio in Africam venit, ibi per aliquod tempus domicilium fixisse et in compluribus oppidis honoribus functum esse. In coloniis quas C. Caesar in provinciis constituit, aditum ad summos honores etiam libertinis patuisse colligitur ex lege coloniae Iuliae Genetivae. — 4) Augustalis (ab honoribus igitur municipalibus Formianorum arcebat ut videtur Phileros utpote libertinus). Ceterum est haec antiquissima fortasse mentio Augustalitatís (cf. supra N. 89). — 5) Sua pecunia ornavit. — 6) Opsequentissimae.

1946 Cn. Cornelius Magni¹ I. | Oceanus accensus | patrono in cos.² | Antipho Magnae. | Synhetus Magnae I. | a manu.

Romae rep. (VI 1961 vidit de Rossi). — 1) Cn. Cornelius Cinna Magnus consul fuit a. p. Chr. 5. — 2) In consulatu.